

Gaspar Antonius Thesaurus, *questionum forensium*, lib. 4. q. 28. D. Ioannes del Castillo *latissimè* lib. 4. *controvers.* cap. 21. & lib. 5. cap. 71. Iacobus Cancerius lib. 1. var. cap. 4. in 2. *impres.* num. 96. Gregorius Lopez in l. 23. tit. 1. part. 6. verbo *Acabasc*, *Menchaca de succes. creat.* lib. 1. §. 21. num. 62. & lib. 3. limit. §. 22. num. 6. Rodericus Suarez in l. *quoniam in prioribus*, C. de inoff. testam. *quest.* 4. in declaratione ad *legem Regis Covarrubias* in cap. *relatum* el. 1. de testam. ex num. 9. Alvaradus de *coniectur. ment. defuncti*, lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 13. & 14. Peralta *optimè* in l. *si quis in princip. testamenti* ff. de legat. 1. ex num. 39. usque ad 46. Flores de *Mena var. lib. 1. quest. 1. ex nu.* 39. Ayora de *partitionibus*, 3. part. *quest.* 24. Morquecho de *divisione honorum*, lib. 4. cap. 8. Zaballos, *quest.* 50. & *quest.* 759.

Padilla in l. *ex testamento* num. 8. C. de *fideicommissis*, Augustinus Barbof. in *collect. ad. leg. fin. C. Familiae eriscunda* num. 17. Cabrerros de *Metu* lib. 2. cap. 20. num. 46. vers. *sext.* Molina Theologus de *iustitia*, & *iure tom. 1. disp.* 127. Thomas Sanchez *cons. Moral* lib. 4. cap. 1. dub. 9. Bonacina de *cōtractibus*, *disp.* 3. *quest.* 1. *punct.* 3. num. 21. Diana tom. 7. *resol. Moral.* *resol.* 19. Azcuedus in l. 2. tit. 4. lib. 5. *Recop.* num. 61. & 62. Matieuzus in l. 1. tit. 4. *glos.* 14. ex n. 1. lib. 5. *Recop.* & in l. 11. eod. tit. *glos.* 1. per totam. Antonius Gomez in l. 3. *Tauris*, n. 18. & num. 105. Tellus *Fernandez* in eadem *lege* 2. part. n. 18. Burgos de Paz *ibidem* ex num. 227. Andreolo 5. part. *controvers.* 346. Guzman *veritat. iur. verit.* 15. Rubeus de *testam.* cap. 8. D. Crespius de *Valdaura*, *obser-* vat. 52. mot. *caus.* 1.



CAP.

CAPUT II.

DE PERFECTIOE TESTAMENTI tam ratione voluntatis, quam ratione solemnitatis, ut de Iure communi valeat testamentum, & de rationibus utriusque perfectionis. Et utrum ex minus solemnio testamento oriatur obligatio naturalis, & qui fiat illius effectus.

SUMMARIUM.

FORMA testamenti duplex est substantialis, & probatoria. 1.

Substantialis consistit in voluntate probatoria, in voluntatis solemnio expressione. 2.

Perfectio voluntatis in omni testamento requiritur. 3.

Perfectio voluntatis consistit in expressione eorum, quae velit testator, ita ut nihil aliud fuisset dicturus. 4.

Perfectam esse voluntatem testantis requiritur ad valorem testamenti. 5.

Voluntas in testamento requirit intellectum. 6.

Testamentum actus est intellectus sed attribuitur voluntati. 7.

Voluntas imperfecta voluntas non est. 8.

Voluntas debet esse clara, & non dubia, ut sustineatur testamentum. 9.

Divinandum non est circa interpretandam voluntatem testantis. 10.

Voluntas non attenditur si non constat de illa. 11.

Voluntas deambulatoria est usque ad mortem. 12.

Factum non dicitur si restat aliquid faciendum. 13.

Forma in consummatione, & perfectione operis consistit. 14.

Forma est de genere indivisibilem. 15.

Forma si deficiat in minimo actus corrumpit. 16.

Solemnitas in testamentis adhibenda est, & def-

ciente, deficit quoque
 testamentum. 17.
 Deficiente uno ex testibus
 requisitis non tam proba-
 tio voluntatis, quam ip-
 sum deficit testamentum. 18.
 Solemnia qui non seruat in
 testamento actum illusor-
 rium facit. 19.
 Lex, qua solemnitates testa-
 menti inducit, iusta est,
 nec divino iuri contra-
 ria. 20.
 Testandi actus gravis est, &
 mille fraudibus obno-
 xus. 21.
 Solemnitates testamento re-
 quisita non possunt dici
 leues. 22.
 Solemnitates testamenti re-
 missive que sint. 23.
 Obligatio naturalis utrum
 oriatur ex testamento mi-
 nus solemnibus quæstio est ce-
 lebris, & disputatur. 24.
 Argumentum valet de con-
 tractibus ad ultimas vo-
 luntates. 25.
 Obligatio naturalis ex pacto
 nudo oritur, & ex iure ge-
 titium provenit. 26. & 27.
 Solemnitas testamenti in-
 troducitur iure civili. 28.
 In testamento ff. de fidei-

commiss liberat. tradi-
 tur. 29.

Repetere licet solutum natu-
 raliter non debitum. 30.

Repetere non licet solutum
 ex testamento minus so-
 lemni. 31. & 32.

Conscientia neminem ligat,
 quem natura non obli-
 gat. 33.

Hares scriptus in testamen-
 to non solemnibus potest in
 foro conscientie heredita-
 tem retinere. 35.

Hares ab intestato tenetur
 dimittere hereditatem
 heredi scripto in minus
 solemnibus testamento. 36.

Retineri potest naturaliter
 debitum licet iure civili
 non possit peti. 37.

Obligatio naturalis efficax
 est ad agendum iure Ca-
 nonico. 38.

Debitum naturaliter solvẽ-
 dum est in foro anime. 39.

Naturaliter debitum venit
 in compensationem. 40.

Hares ab intestato legata in
 minus solemnibus testamen-
 to relicta in foro anime
 tenetur prestare, & lega-
 tarius rem sibi legatam
 potest retinere. 41. & 42.

Lex

Lex civilis positiva obligat
 in foro conscientie quando
 est iusta. 45.

Testamentum non facere, vel
 inutiliter facere idem est. 46.

Obligatio naturalis duplex
 est, una dicitur ex consen-
 su, & altera honestatis
 moralis. 47. & 48.

Ex testamento minus solem-
 ni non oritur obligatio na-
 turalis ex consensu. 49.

Hares cum addit hereditatem vi-
 detur quasi contrahere. 50.

Lactare suam nemo præsumi-
 tur. 51.

Ex testamento non solemnibus
 præsimitur voluntatis
 defectus, & simulatio. 52.

Obligatio naturalis, qua ho-
 nestatis moralis dicitur,
 ex testamento minus so-
 lemni oritur, & huius
 obligationis effectus est so-
 lutum non repetere. 53. & 54.

Hares si certus sit de volun-
 tate defuncti aliunde quam
 ex testamento non solem-
 ni, relicta in illo in foro ani-
 me tenetur prestare. 55.

Certa si res sit, cessant solem-
 nitates quæ certioris pro-
 bationis causa desideran-
 tur. 56.

Obligationis naturalis ex con-
 sensu effectus qualis sit. 57.

Hares potest compelli iurare
 an sciat, fuisse testatoris
 voluntatem, quæ in testa-
 mento minus solemnibus con-
 tinentur, & ex sua confes-
 sione damnari ad resti-
 tuendum. 59.

Cum in testamento du-
 plex sit forma, alia sub-
 stantialis, alia probatoria; ut
 Bartolus tradit in l. cum quis C.
 de iuris, & facti ignorantia, & in
 2 l. i. ff. de cond. indebit. Et prima
 (substantialis scilicet) consistat
 in voluntate testatoris, quæ
 causa efficiens est testamenti,
 secunda autem in voluntatis
 solenni expressione veretur.
 Tell. Ferd. in l. 3. Tauri, 2. part.
 n. 23. Cancr. lib. 1. var. cap. 4. n.
 76. duplicem perfectionem vo-
 luntatis, & solemnitatis con-
 tinere debere testamentum, ut
 iure validum sit, sive ex du-
 plici parte perfectum consti-
 tui, satis compertum est.

Quantum ad primam per-
 fectionem, quæ provenit ex
 voluntate perfecta, & omni-
 no declarata testantis, in
 omni testamentorum gene-
 re una, & eadem est ob-
 servatio, & in nullo testa-

mento est aliquid immutatum, ut ex Carolo Ruino *conf. 15. lib. 2.* observat Cancercius *d. cap. 4. num. 75.* in omnibus enim testamentis requiritur, quod constet clarè voluntas testantis, hoc est, quod testator exprimat, & declaret in testamento, sive dispositione omnia, quæ ipse velit, ita ut pro tunc nihil aliud fuisset dicturus, nam in hoc consistit perfectio voluntatis, Parisius *conf. 146. artic. 3. vol. 4.* Petrus Surdus *cōf. 258. nu. 19.* Curtius Iunior *conf. 12. num.* Cephalus *conf. 294. num. 9.* Castillo *lib. 4. contravers. cap. 21. num. 5. cum seqq.* Stephanus Gratianus *disceptat forens. cap. 220. num. 28.* & continetur infra *cap. 9.* ubi hic articulus ex professo controvertitur.

5 Et ad rem deveniendo perfectam testantis voluntatem debere esse ad valorem, & substantiam testamenti bene probat Iavolenus iureconsultus in *l. si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis;* ut ex littera textus patet, & demonstratur infra *cap. sequenti.* ubi obsecro videas, quæ ad huius legis exornatione plena manu ibi sunt scripta. Idem quoque probant Con-

sultus in *l. ex ea scriptura ff. de testamentis;* & Imperator in *l. furisum. C. illo. tit.*

6 Huius decisionis ratio in eo consistit, quod testantis voluntas causa efficiens est testamenti, & per consequens ubi hæc nõ fuerit completa, sive perfecta, nec perfectum erit, nec validum testamētum: utpote effectus, & partus voluntatis; ideo enim quis testatur, quia vult testari. Voluntas autem in hoc casu regit intellectum, quod novum non est, fieri enim solet, ut aliquid intelligas, quia id velis; ut Divus Thomas explicat in *3. sent. dist. 23. quest. 1. art. 2.* ex quo venit, quod licet testamētum actus sit, etiã intellectus, quia est sententia, attribuitur tamē voluntati, tanquam causæ efficienti, *l. 1. ff. de testam.* ipsa enim cõdit testamētum, & si iusta sit, & legibus consona, servanda est, ut lex, *authent. de nuptiis. §. disponat collat. 4.*

8 Hęc ergo voluntas perfecta debet esse, & ex omni parte cõpleta, ut sustineatur testamētum ex multis: primo, quia voluntas imperfecta, & incõpleta volũtas nõ est, nec attendi debet, *l. heredes. §. ult. ff. de testam. l. non putavit, §. non que-*

quævis, *ff. de bonor. possess. cont. tabull. §. ex eo autē solo in fin. infir. quib. mod. testam. infirm.* Alexander in *l. 2. C. de bonor. possess. secund. tabul. n. 32.* Mantica *de coniectur. ult. volunt. lib. 3. tit. 3. n. 12.* Castillo *lib. 5. contrav. cap. 108. per totum Nigreit de con-*

9 Secundo, quia si volũtas perfecta, & completa nõ est, erit dubia: testantis autem voluntas debet esse clara, & non dubia, ut testamentum sustineatur *l. fin. ff. de testam. l. Div. Traianus, ff. de milit. testa.*

10 Anton. Gomez in *l. 3. Tauri n. 115.* non enim est divinadũ circa interpretandam dubiã testantis volũtatem. Baldus *conf. 235. in princip. vol. 5.*

11 Tertio, quia non attenditur voluntas, si non constat de illa, & nullius momenti est, testatorẽ voluisse, si voluntatem suã non expressit, *l. quidã cũ filiũ 46. ff. de hered. instit. l. Pamphilo, §. propositum de legat. 3.* Molina *de Hispanor. Primogen. lib. 1. cap. 4. n. 6.* Azvedus in *l. 1. tit. 4. nu. 78. lib. 5.* Recop. Castillo *lib. 4. contrav. cap. 11. per totum Cacheranus decis. 118. n. 8.* Larrea *decis. 67. Granat. n. 7.* Noguera *alleg. 26. n. 79.* Decian. *resp. 82. n. 3. vol. 4.* Cãc. var. *lib. 3. cap. 20. n. 417.*

Cum autem imperfecta sit, & incompleta voluntas, non constat de illa, in hoc ergo cõsistit imperfectio, quod nõ expressit testator quæ exprimere voluit, ut infra capite nono continetur.

12 Quarto, & fortiũs, quia si voluntas non est perfecta, magis videtur testatorem cõpisse facere testamētum, quam fecisse, *d. et. l. si quis cum testamētum,* & cum sit deambulatoria usque ad mortem, *l. 4. ff. de adimend. legat.* si non perfecit testator, præsumitur hoc fieri, quia addere, detrachere, vel mutare volebat; unde huiusmodi voluntas non perfecta nihil faciet; non enim dicitur factum, si aliquid restat faciendũ, *l. cũ Syllanianũ, C. de his quibus ut indignis, l. Titia, ff. de verb. obligat.* Velasco *axiomat. iur. litt. A. num. 107.*

14 Quinto denique, quia voluntas est forma substantialis testamenti, ut ex Bartul. Tellus inquit in *l. 3. Tauri, 2. part. n. 23.* Forma autem debet esse perfecta, & ex omni parte completa, quia in consummatione, & perfectione operis cõsistit, *l. is qui quadraginta, §. quædam ff. ad l. falcid. l. rei §. fin. ff. de verb. obligat. l. si quis*